

adstrinxit, ut toto illo tempore, quo ab uxore abfuit, nec im-

MAGISTRI TEMPERANTIE. NAM VEL ALIORUM TEMPERANTIAM PROMOVENT, FOVENT.

Vide Tit. Magistri disciplinae militaris; quatenus Temperantiam militum promovent.

Crotoniatis luxuriosissimos ad frugalem cultum Pythagoras revocavit, matronas ad pudicitiam, juvenes ad modestiam tra-

Spartana civitas, ut Valerius auctor est, severissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu civium suorum oculos a contemplantia Asta retraxit, ne illecebris ejus capti, ad delicatius vite genus prolaberentur: utpote qua audierat, lautitiam inde, & immoedicos sumptus, & omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse.

Apud eisdem eorum fuerat lege, ut decimo quoque die ephedi ad unum omnes publice nudos Ephoris fese exhiberent. Quod si essent bona corporis habitudine, valentesque, & quasi concisif ex certaminibus, atque perforati, laudibus vebantur. Sin aliquid membrum inveniretur delicatius, & mollius, ob suppositam, aut succrescentem ex oscitantia pinguedinem, verberabantur, & in jus trahebantur; Ephori quotidie inspectio-

Plutarchi Chazronci Uxor Timoxena, restrictione circa corpus, & vite austeritate nullum non Philosophorum, quibus nota est, obtulisset: nulli non civi in factis, in sacrificiis, in theatris spectaculis praebebat temperantiam. Plut. in conf. ad ux.

Apud Spartanos Harmosyni erant magistratus, qui mulierum petulantiam, immodestiamque cohibebant. Alex. l. 1. c. 8.

Athenis Areopagitae, cum Demetrius, Demetrii Phalerzi, luxuriosius vitam ageret, & Aristagoram Catinthiam domum duxisset: ut melius, & honestius viveret, imperarunt. Ephori quoque, cum Gnosius Lacedemone insolenter se gereret, veterum, cum juvenibus versaretur. Athen. l. 4. c. 10.

M. CATO adolefcens sub Fabio Max. militans, usis hospitio Nearchi cujusdam Pythagorici, cum eum de voluptatibus exfententia Platonis differenter audivisset, amplexus est multo acritus frugalitatem, & continentiam. Plut.

Leonidas Alex. Magni praefector, fragulorum repositorium solitus erat adire, vestitiumque atque penne inspicere, ni quid illi ad mollitiem mater, vel ad luxum addidisset. Plut. in Alex.

Numa rex Romanis mulieribus pudoris adiecit plurimum, curiositatem removit, sobrietatem docuit, tacere, ac abstemias praefus esse, neque de necessariis rebus, absente viro, quicquam eas loqui assuescit: Nam cum mulier quandoque propriam causam in foro dixisset, misisse senatum, in memoriam traditur, deus consulum, Quidnam ea res civitati portenderet: Quoniam Ulpino tradente, a civilibus officiis, & publicis foeminae removerentur, proinde iudices esse non posse, nec magistratum gerere, nec polulare, nec pro alio intervenire, nec procuratrices exsistere. Calphurnia improbitas iudicibus permolesta edito causam dedit, quo cavetur, ne postulare foemina liceat. Cels. lib. 13. c. 33. A. L. ex Plut.

P. Scipio Africanus missus in Hispaniam, insolentissimos Numantinae urbis spiritus, superiorum ducum culpa nutritos, nunquam fugisset, nisi edito ea omnia, quae luxuriae, & voluptatis causa comparata erant, auferri, penitusque submovcri iussisset. Quamprimum enim turpis illa, & erubescenda sententia ex Romanorum castris ejecta fuit, exercitus, qui paulo ante metu mortis de formis se foederis ictu maculaverat, erecta virtute animosam Numantiam, incendiis exustam, solo aequavit. Val. Max. l. 2. de Militari disciplina. Frontinus. l. 4. c. 2. Orofius. l. 5. c. 6. Euseb. l. 4. c. 7. Florus. l. 2. c. 18. Sabellic. l. 9. Er. 5.

Huic subjungam Francium Sfortiam, principem illusterrimum, qui multarum virtutum aetate nostra singulare exemplum fuit. Cum Florentini populi copiarum dux esset, vi capto Casanova oppido, quidam milites insigni forma puellam captivam ducebant, clamantem, ut ad primum ducem deduceretur. Ad eum perducta, interrogante Francisco Sfortia. Quamobrem ad te venire cupiiffet? respondit, ut ejus voluntati obsequeretur, modo incolamem eam a militum injuria servaret. Cum forma insignis videretur, & aetatis flos ipsi esset

parum se erraturum Franciscus putavit, si volente ea potiretur. Itaque in lectum eam nocte secum adhibuit: & cum appropinquare, atque eam completi vellet, puella lacrymarum plena ad Virginis Dei matris imaginem conversa (quam lecto e more affixam Franciscus singulari veneratione colebat) rogavit, ut per illum, quae in tabula erat, venerationem, item per famam, quae de ipsius bonitate apud omnes erat, nec am virginitatis honore privaret, sed marito intactam potius restitueret, qui cum aliis captivis in vinculis custodiebatur. Adeo ingens Francisci continentia fuit, ut quamquam, & formosam, & puellam in bello captam, nudam prope se in lecto sentiret, pudicitiae ejus conspecto studio, statim lecto profugerit, manequerit ad se viro eam publice restituerit, ad jurans nihil eum ea sibi fuisset Scipionem in pari facto non solum imitatus est, sed etiam, quod in aeternum minus bene moratam pervenisset, iudicio mox operavit. Praefertim cum illud accedebat, quod cum nobili orta genere esset, quae ad Scipionem perducta fuit, Scipioque in urbe libera viveret, forsitate ex violenta mulieris pudicitia censurae iudicium expectare potuiffet: At in Francisco nihil profusus curat, quod eum ad explenda cupiditate, si abesse naturae bonitas, ob ullam metus suspensionem continere deberet. Fulg. l. 4. c. 3.

ABSTINENTIAM, SOBRIETATEM F

DOCENT, FOVENT, PROMOVENT.

Vide Tit. Sobrietatis, & Abstinentiae prudenter consulere. HOMINES PROMOVENT RELIGIONE.

Antiqui, cum homines a voluptatibus abstinere non posse intelligerent, utile vero, maximeque conducens his arbitrarerent, si compositi adfuerent, tempus quoddam certum determinarunt, desique prius sacrificantes, se ipsos ad relaxationem animi dimittebant, ut deos omnes ad primitiarum oblationes accedere existimantes, ad sacrificia cum verecundia quadam, ac timore convenirent. Cum igitur deos praesentes esse arbitrarerent, festivitates, & ornate, & temperanter transigebant. Quare neque decumbere mos erat apud antiquos, sed sedentes convivabant: neque ad ebrietatem fide usque bibebant, sed quantum cupiebant animum, ubi sacrificasset, domum suam quies redibat. Ex hinc vox, udsar, vino indulgere, bryasar, & sasar, quod post sacrificia decorum genio indulgerent. Athen. lib. 8. c. 13.

PRAECEPTIONE, ADMONITIONE.

JONATHAN RECEPTE FILIUS, auctor fuit suis posteris, ne vinum biberent. Hier. cap. 35.

Opprobriis, id est, Orphicam vitam, Plut. de Leg. 6. dixit, vitam immodicam, & a luxu, sanguine, lenisque dapibus puram. Orpheus enim suos Thraeces instituit, ut sanguine pecudum nec aras decorum, nec carnis mensas inquinarent, sed libis, ac frugibus melle confectis sacra facerent, nec alii ipsi vescerentur. Idem post Pyta, tentavit apud Jonios, Numa apud Romanos. Erasim. in Adag.

Homerus omnium virtutum praeco, & magister, frugalitatem victus suis carnisbus passim docuit. Aliis carnisbus, quae minus curae, & impendii requirunt, heroes suos vesci introducit. Nec piscium, nec avium meminit usquam, ne apud Alcinoum quidem voluptatis studiosum, & in ipso mari habitantem. Bellaria nulla apponit. In vino moderatissimos facit. Vide Ath. l. 1. c. 4. Dipnos.

Fabulosum putant, Pythae, id est, necari animalia vetuisse, quia nobiscum jus animae commune habere arbitrarerent: sed ut mortales facilius cibis assuecerent, in quibus parandis igni, aliove majore apparatu non esset opus: aquam ut biberent, vel inde valetudo corporis, majusque existeret ingenii acumen. Sal. 8. §. 2.

De Zenone Citizae extant Philemonis, seu Podfidippi versus apud Diogenem ex fabula, cui titulus Philosophi, tales: Post panis esum, carnicumque obsonium. Aquam bibens perducat inde simplicem. Novum enim philosophia celebrat hic genus, Docet esurire, ac discipulis ita illic. Erasim. in Adagis.

POLEMON Atheniensis juvenis, cum aliquando e computationibus, vino gravis, unguentis delibutus, fertis capite redimito, pellucida veste amictus, Academiam intrasset, & clarissimum eloquium, saluberrimae praecipue temulentiae lasciviae elevaret: orta omnium indignatione Xenocrates omnia re, quam diserebat, de modestia, ac temperantia locuti ceperit. Cujus gravitate sermonis respiciere coactus Polemon, primum capite deductam coronam projecit paulo post brachium intra pallium rediit: procedente tempore oris convulsis hilaritatem deposuit: ad ultimum totam luxuriam exiit: uniusque orationis medicina sanatus, ex ganeone Philosophus evasit. Val. Max. lib. 6. cap. 11.

Ariston

Ariston Philosophus solitum fuisse Polemonem Academiam eum scribit, eos qui proficerentur ad convivium, admonere, ut curarent, ne in praesentia tantum, sed in crastinum quoque diem cenam illam iucundam redderent. Vit. l. 18. led. c. 3.

ANACHARSIS primum treratum ad sitim pertinere dixit, secundum ad Hilaticitatem, tertium ad Voluptatem, quartum ad infamiam. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 21.

JOANNES CONNENUS Imp. Alexii F. inania, & obscena verba a publicis conventibus, & luxum vestium, ac mensarum, tanquam a vitae pestem, a palatio pepulit. Nicet. Choniata. INTEMPERANTIAM ODERUNT,

CASIGANT, CORRIGUNT.

Philoxenus poeta cum dicta in Sicilia colonia sortem accepisset, facultateque ad vitam tuendam, domum opulentam: luxui autem, & voluptati incolas deditos, & abhorrentes a Musis viveret: Non mediis illis, inquit, haec bona me perdidit, sed ea ego, relictaque aliis forte sua, navigavit ex Sicilia. Plut. de Non sen.

C. FABRICIUS Lucinus, legatus ad Pyrrhum profectus, B cum apud eum Cyncam Theffalium narrante audisset, quemdam Atheniensem clarum sapientia, suadentem. Ne quid aliud homines, quam voluptatis causa facere vellent: pro monstro eam vocem accipit, continuoque Pyrrho, & Samnitibus istam sapientiam imprecatus est, Val. Max. lib. 4. cap. 3. Plut. in vita Pyrrhi, & Florus lib. 4. cap. 3. Euseb. lib. 2.

Romani Alcaum, & Philiscum Epicuros ex urbe ejecerunt: eo quod multarum, flagitiosorumque libidinum auctores essent adolefcenibus. Messenii quoque Epicuros expulerunt. Elia. de Var. bist. lib. 9.

EBULUS poeta Cyprus, bene sententibus tria tantum propriae pocula putavit, Sanitati primum, Amori alterum, tertium Somno: quartum utique non nostrum, sed Injuriam: ultimum vero sibi appellari voluit. Alex. ab Alex. l. 5. c. 11.

Athen. lib. Dipnos. 3. Heroicum hunc ut proverbialem adducit. Tor quod τρωμας γονις, τω γονιω λεγειν. Aristoteles seyon, uxori, subter lacernam.

Apparet esse verba Mariti jubentis, ut uxortenui contenta C victu, perageret opus suum. Nam ficyon, seu ficyos bulbi genus est, aut certe peponis: nonnulli putant cucumeris.

LEGISLATIONE.

XENOCRATES Philosophus ex Triptolemi legibus, apud Athenienses tria duntaxat praepcepta in templo Cereris Eleusinae remansisse scribit, honorandos patres, venerandos deos, carnisbus non vescendum. Polydorus.

Scribit Xenophon in lib. de Repub. Lacedaemoniorum. Lycurgum cibi tantum habendum censuisse, ut nunquam gravaretur crapula, & indigentiam ferre expertus sciret. Quin etiam ad salubritatem degendum, & ad status proceritatem magis id alimenti conducere arbitratum esse, quod gratia corpora, quam quod lita cibo efficeret.

VITA, EXEMPLO, CONVERSATIONE.

Dominus in Evangelio saepe multiplicavit pisces, non carnes. Unde ad praepceptum Domini concluderunt discipuli multitudinem piscium copiosam. Luc. 5. Praeterea panes, & pisces bis multiplicasse legitur, nunquam carnes. De quinque panibus, & duobus piscibus, Marci 6. Luc. 9. Joan. 6. De septem panibus, & paucis piscibus ab ipso Domino multiplicatis, habetur Matth. 16. Marci 6. & 8. Luc. 9. Joan. 6. Post resurrectionem etiam septem discipulis piscantibus, & non prandentibus, manifestavit D Salvator, dicens: Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis. Segnitate, quod extraxerunt rete plenum magnis piscibus, & de piscibus illis dedit Dominus discipulis suis, Joan. 21. Populo autem Judaico, carnis dedit carnes ad vescendum. Exod. 16. Salvator noster, ejus actio est nostra instructio nunquam legitur carnes comedisit, nisi de agno Paschali: de pisce vero allato ad manducandum comedit. Luc. 24. Joan. 21.

PERSE pueros flos docebat, cibi, potusque continentiam servare. Ad quod illos maxime juvabat, quod ante oculos haberent, seniores non prius abire ventris implendi gratia, quam principes permiffissent: quodque non apud matres vescerentur pueri, sed apud morum magistrum: ferrentque domo pro cibo panem, pro obsonio naturatum: ad potum vero capedinem, ut ex flumine aquam hauriret. Xenoph. in Cyropoedia. Sirobeus ser. 42.

LYCURGUS inter cetera praecleara instituta Syllitia instituit publica frugalissima. Siquidem non licebat praesumpta domi concinia inire expletos, sed observabant acriter ceteri, atque eum, qui non biberet cum ipsis, neque vesceretur, profcindebant, ut intemperantem, & ad convivium elanguescentem promiscuum, convitiis. Hac potissimum actione, pecuniosos

ferunt in Lycurgum exarsisse, eorumque catervam coitione facta obstrepuisse ei, & infectam fuisse. Qui postremo lapidibus petitus, proripuit se foro: alius autem elapsus ad sacram aedem confugit, Unus fuit adolefcens ingenio alioquin non malo, sed acris, & ardentior. Alcaender hic fugientis tergo inharens, percussit respicientem baculo, oculumque excussit. Lycurgus nihil vulnere deteritus, sed obversus ad populum, civibus faciem cruore oppletam, & visum ostendit labefactam. Ibi tanta verecundia concio perfusa, & mactata fuit, ut dederent ei Alcaendum, & vicem ejus dolentes, fremensque domum usque eum profquerentur. At Lycurgus hos quidem collaudatos dimisit: Alcaendum vero introductum nec verbo laest, nec facto, sed amotis ministris, quibus ad corporis cultum erat uti solitus, iussit eum sibi ministrare. Ille strenue imperata, & obedienter fecit, qui ex consuetudine, & contubernio Lycurgi, eum notaret mansuetudinem, & motum animi ejus, vitam asperam, labores indefatigatos, cum mirifice cepit eum admittari, tum apud familiares, & necessarios praedicavit, non esse rigidum Lycurgum, nec praefectum, sed solum erga alios lenem, illum, & blandum. Ad hunc modum castigatus ille fuit, eamque luit poenam, qui ex tetro juvene, & praefacto modestissimum vir, atque temperantissimum redditus est. Cujus casus Lycurgus monumentum, adem Minervae quam appellavit Optiletem, excitavit: quod hujus regionis Darii oculos in 71000 voce. Post id infortunium tamen deditur Lacedaemoni deferre in concionem baculum. Plut. in Lycurgo.

Laconum institutum fuisse legimus, ut filii, & praefertim principum, & magnatum, in parentum conspectu, propria, & parviori mensa uterentur: si quid luxuriam redoleret, statim a parentibus, & amicis removeretur. Xenophon.

Romanorum fuit illa simplicitas in cibo capiendone, humanitatis simul, & frugalitatis certissima index. Maximis enim viris prandere, & cenare in propatulo, verecundia non erat: nec sane ullas epulas habebant, quae populi oculis fubirecerent erubescerent: erant namque admodum contentius attentis, ut frequentior apud eos pulsus usus, quam panis esset. Val. Max. l. 2. de Justit. antiq. Gellius lib. 12. cap. 15. Macr. lib. 3.

M. CRASSUS Romanorum locupletissimus, in duorum Fratrum angustis adibus eadem mensa cum tota familia utentium educatus, temperantiam, & frugalitatem didicit. G Plutarch. in Crasso.

TIBERIUS CESAR, ut parsimoniam publicam exemplo quoque juvaret, solennibus ipse cenis pridiana saepe, ac femela obsonia apposuit, dimidiatumque aprum: affimans, omnia eadem habere, quae totum. Suet.

Verona a Venetis, & Gallis anno Salutis 1516. arctissime premebatur, defendente urbem Caesaris nomine M. Antonio Columna. Jam perventum erat ad summam rerum difficultatem. Dux ipse, cum primores exercitus quotidianis cenis adhiberet, & quadraginta diebus nihil prater aquam bibisset: tanta comitate omnes abstinentiae, & frugalitatis infusecit, ut facili, atque alacriter ceterarum etiam rerum inopiam tolerarent. Jovius.

EXERCITATIONE. ALEXANDER Magnus Adam matrem edoptaverat, & Cariae designaverat regnum. Cum comiter illa multa quotidie fercula ei, & bellaria mitteret, coquos denique, & pistores, quos putabat intelligenterissimos: Nihil, ait, his sibi esse opus, meliores habere se coquos a praedagogo donatos Leonidas ad prandium vultuissimos, iter ante lucanum, ad cenam vero daryssios, angustum prandium. Plut. in Alex.

LAUDATIONE, PRAECONIO. TIMOTHEUS filius Cononis ex magnificis, ac sumptuosis cenis militaribus in symposio Platonis, quod fiebat in Academia, assumptus, cum frugaliter, & ornate cenasset (αφελουμειντος τρωμας εσθι, id est, mensis non tumefacientibus, ut inquit Jon, quas somni consequuntur puri, cum summa corporis tranquillitate vidissetque eum postredidit, dixit: Vestræ quidem cenae non solum in praesentia, sed etiam postero die jucundae sunt. Plut. autem in Praecept. salubr. in Athen. in 1. c. 1. de παντοφωσων, narrat, eum postredidit incidisset in Platonem, elegantius voce, polito quoque homine digna, indicasse, quantopere gavissus esset modico illo apparatu: nec tamen omnes eodem pacto cum locutum ferunt Plutarcho sane, & Athenaeo convenit cum Cicero. Plut. namque οδισ παρα Πλατωνι διατροφαις, & τις αυθις οδισ τις τροφαις. Ath. vero, οδισ παρα Πλατωνι διατροφαις, & τις αυθις οδισ τις τροφαις. Addit tamen Ath. & Elia. lib. 2. Var. hist. Hegesandrum in commentariis sic tradere Timothei locutum. οδισ διατροφαις οδισ τροφαις, & τις αυθις οδισ τις τροφαις. Videtur lib. 18. Kar. Led. c. 3.

BRUTA

BRUTORUM TEMPERANTIA MAGISTRA.
A **DIODEGENES** Sinopenfis, desertus ab omnibus hominibus solus relinquebatur, cum neque propter egestatem ipse quemquam reciperet, neque ipsum hospitio quisquam acciperet. Omnibus enim invida erat ejus in reprehendendo acrimonia, deinde in agendo, loquendoque acerbitas. Proinde tristitia plenus, summas foliorum extremitates manducabat. Mus accedens, deciditibus frustulis vescebat. Diogenes subridens, animo recepto: Mus hic, inquit, nihil indiget Atheniensium lauitia. Et quid tu, o Diogenes, ageres, te cum Atheniensibus non vitulari. *Alian. lib. 12. de Var. hist.*
INTEMPERANTIAM, EBRIETATEM, INGLUVIEM COERCERE, castigare, vel ODIO.

Delicias, lauitiamque, & luxum adeo execrabiles fuisse apud proficos Aegyptios ferunt, ut pila Thebis in fano Jovis posita sit, in quam incisa sunt devotiones in caput regis Minii (Memæ apud Diodorum) qui Aegyptios Principes ex angustia, tenui, & frugali vivendi ratione laxaverit. Memorant Technam Bacchoris patrem (Diodorus Gnesactum vocant, vecchoridis sapientis patrem) in expeditione Arabica, cum morarentur impedimenta, haud gravatim sumptis communibus cibariis correptum fuisse. Inde cum arcte in thoro militari dormitasset, amplexum fuisse frugalitatem. Tum in caput execratum Minii fuisse, comprobantibusque sacerdotibus executionem in pila consignasse. *Plut. de Iside, & Diodeg. lib. 1. cap. 4.*

PERICLES Atheniensis à cenarum, & conviviatorum apparatu adeo abhorrebat, ut nec apud amicos cenaret. *Plut.*
ZENO CITTÆUS negabat virum bonum esse, qui nimio se vino obrueret: quandoquidem nullus tam imperitus rerum sit, qui aliquid secreti tali viro committere audeat, qui vino presfus leviter effusiat. *Senec. lib. 12. epist. 84.*

CN. POMPEJUS cum valetudine tentato coturnicem Medicus prescripserit, nec potuisset aliena temperate comparari facile, ostenderet autem quispian, esse in Luculli vivariis multas: neque misit, neque accepit, fatus: Ergo ni luxuria Lucullus distuleret, non viveret Pompejus. *Plutarch. An seni. tract. 1. in Apoph.*

FRIDERICUS III. Imper, nullam magis horrebat vicium, quam ebrietatem. Vinum non nisi dilutum bibebat, & singulari amore abstemius prosequabatur. *Cusp.*

REPREENSIONE, OBJURGATIONE.

Cum Pythionem Eleum ex ejus familiaribus quidam magnifice, ut ipse narat, convivio excepisset: In posterum, inquit, non amplius ad te accedam, si ita exceperis: ne ego graviter feram, cum te non necessarii impendere videam, ac ne tu etiam exhaustus mala patiaris. *Athen. lib. 10. cap. 3. & Alian. lib. 2. Var. hist.*

EPAMINONDAS usque adeo fuit in victu frugalis, ut invitatus à vicino ad cenam, postquam offendit illic belliariorum, dapum, & unguentorum apparatus, exemplo se receperit, dicens: Sacrificare ego te, non luxuriari arbitrabar. *Plut. in Apoph.*

Eundem ajunt, quandoque collegis impensarum rationem coquo reddente, olei multitudinem permolestè tulisse: admirantibusque illis: Non, inquit, impendit magnitudo me movet, sed quod tantum olei intra corpus receptum sit. *Ibidem.*

MACRDO ALEXANDER cum victis Persis familiares intueretur suos amplius indulgentes sibi, in Persicam dilapsus lauitiam, molestè admodum tulit: mirari se plurimum astruens haud nosse illos, servile censer, voluptatibus se mancipi dare: laboribus autem innutriti, principe rem profus esse digne. *Celiius. l. 9. c. 14. Antiq. Lib. 3.*

CATO, ut testatur *Polibius lib. 31. Historiarum*, exclamabat, quoniam peregrinas delicias Romam quidam introduxissent, qui fidele Ponticorum salamentorum trecentis drachmis emissent, puerosque formosos. Pueros prius astuefaciebant a quam bibere, ac quodcumque se obtulisset comedere: sapsius mater, aut pater filium interrogabat. Num pyra sylvestria, an pices veller cenaret? *Athen. lib. 6. c. 8.*

Idem cum populi Romani luxum censorie coargueret. Difficillimum esse dicebat, verba ventri facere, qui aures non haberet. *Plut. in Apoph.*

Idem invecus in concione in civitatis delicias, & luxum, pluris venditari Romæ ostendit piscem, quam bovem. Am-

phoram enim piscium tanti distrahunt, quanti centum boves verubustosti non vancant. *Plut. lib. 4. Conviviali. 94.*

AUGUSTUS CÆSAR, ut salubrem magis, quam ambitiosum principem scires, querentem de inopia, & caritate vini popululum severissima coercuit voce: Satis provisum à genero suo Agryppa, perducit pluribus aquis, ne homines fiterent. Eadem populo promissum quidem congiarium ropescens, Eadem fidei se esse, respondit: non promissum autem flagitanti, turpitudinem, & impudentiam edicto exprobravit: affirmavitque, non datum se, quamvis dare destinaret. Nec minore gravitate, atque constantia, cum proposito congiatio multos manumissos, incertoque civium numero competisset, negavit accepturos, quibus promissum non esset: ceterisque minus, quam promiserat, dedit, ut destinata summa sufficeret. *Suet.*
PERIUS Satyra tertia ignaviam Romanæ juvenutis inritificè exagitat.

MONICA D. Augustini mater, cum de more tanquam puella sobrie juberetur à parentibus de cuppa vinum depromere: submisso poculo, qua desuper pater, priusquam in lagunculam funderet merum, primioribus labris forbebat exiguum, quia non poterat amplius, sensu recusante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus ætatis excessibus, qui ludibris motibus ebullunt, & in puerilibus animis majorum pondere premi solent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo (quoniam, qui modica spernit, paulatim decedit) in eam consuetudinem lapsa erat, ut propè jam plenos mero caliculos inhiante hauriret. Quodam die ancilla, cum qua solebat accedere ad cuppam, litigans cum ea, sola cum sola obicit hoc crimen amarissima insultatione, vocans meribululam. Quo illa simulo percussa, reflexit sedatitatem suam, confestimque damnavit, atque exiit. *Testis Aug. 19. Confess. 8.*

Prior Jubinefis Monasterii in Palatima, de rigore Monastico non nihil remittens, oblata dona, ut pecuniam, passellos, dulcia vina, & similia, non fastidiebat. Sed Bernard. Blacensis, & alii duriter Priorem reprehenderunt. Cum vero nihil obtinerent, Bernardus in sylvas excurrit, potius fame periturus, quam rem tam infandam inspecturus. At reprehendit istam Bernardi vehementiam *Gerard. à Nazareth. c. 9. de Convess. servorum Dei.* Tandem Hierosolymam cecit. ibi quoque Baldinum II. regem nonnihil reformans. Imperatorem deinceps à Patriarcha potestate descendens ab illis Monachis, qui dona acciperent, in Machanath propinquum Monasterium divertit. *G.*

IRRISIONE, SUGILLATIONE.

Herod. 19. H. f. meminit de Laconicis conviviis his verbis: Cum Xerxes & Græcia fugeret, universum suum apparatus in Mardonio reliquit. Deinde cum Pausanias, rex Spartanorum, Mardonii suppellectilem vidisset: pistores, ac coquos, pariter ac si Mardonio cenam esset præbenda, parare iussit. Qui eum ea, que statuta erant, fecissent, Pausanias lectos aureos, argenteosque intratos videns, mentas argentes, lauitissimisque cœnæ apparatus, omnia est admiratus: justique rursus suos Ministros Laconicum parare convivium. Quo parato, omnes duces ad se convocavit, & cœnæ utriusque apparatus ostendens, dixit: Vos omnes convocavi, ut ducis Medorum infandam patefacerem, qui cum hujusmodi apparatus habeat, ad nos tamen, qui talem habemus, accesserit. *Athen. 14. c. 4.*

DIPHILUS luxu perditos, ac vino madentes homines tria habere capita dixit, sicuti Artemisium, id est, Diane simulacrum. *Celiius.*

LEGISLATIONE, INTERDICTO.

Huc leges sumptuariae pertinent, ratione Temperantia, H quam suadent. At ratione Sumptus, quem coercent, ad Frugalitatem sumptuariam spectant.

Jansenibus lege lata indictum erit, ne in celebrandis conviviis plures vocarent, quam decem viros, & totidem mulieres: neque in nuptiarum celebratiibus ultra biduum producerent. *Heracles in Polit.*

LYCURGUS conviviorum apparatus, & mensas lautiores, velut cupiditatum invitamenta functionibus inhibuit, & ad frugalitatem suos revocavit. Ne quis in loco abdito vel clauso cibum fumeret, constituit, sed publicis omnibus epulis in Philitiis uti voluit. *Plutarchus.*

Cartaginensium leges meminit *Plato 2. de Legibus*, sub finem. Ut ne quis unquam in exercitu vinum gustet, sed illo omni tempore aquæ potu utatur.

ROMULUS, ut auctor est *Halicarnassensis*, legem tulit, tenuitque,

lente mulieres: & qui sumpti inest debasearentur infania morte plesterentur: Vivebant enim ea tempestate mulieres abstemias, sibi ferentive viri. *Gellius. lib. 11. c. 14.*

NUMA Pompilius edixisse ferunt, ne pices, qui quamvis non essent, in venerationem haberentur: nullam aliam ob causam, quam ne nimis magnam in funeralibus cœnis metarentur obfusio: quam cogno Poinicentem dixere. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7.*

Orchia lex à C. Orchio Trib. pl. Romæ lata est de senatus sententia, tertio anno quam Cato censor fuerat: qua prescribentur summa convivarum tantum luxui nihil derogabatur. At 22. annis post; Fannia lex lata fuit, non à Prætoribus aut Tribunis, sed ab ipsis Consulibus, qua sumptus coercerentur, & modus prescriberetur assibus centum: unde à Lucilio Poeta centussis festivè vocabatur. Eo enim res redierat, ut gula illicet plerique ingenui pueri, pudicitiam, & libertatem suam venderent: plerique ex plebe vino maddi in comitium venient, & ebrii de salute Reipub. consulenter. Ea lex statuit, ne quid volucrum, præter unam gallinam, que altius non esset apponeretur, neve singulis diebus, præterquam Saturnalibus, & Romanorum ludis, vel plebeis, plures denis assibus domesticis cœnis impenderentur. Post annos XXXI. secuta lex Didia dupliç de causa, tum ut universa Italia, non sola urbs, lege sumptuaria teneretur: tum ut non soli, qui prandia, cœnæque majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, pœna legis tenerentur. Post Licinia à P. Licinio Craffio divite lata est, qua in plerisque cum Fannia congruit: & quæstia tantum fuit novæ legis auctoritas, exolecente metu antiquioris. Summa ejus fuit, ut Calendis, Nonis, Nundinis Romanis cuiusque in dies singulis triginta duntaxat esset edendi cœna consumere liceret. Cæteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeretur, quam carnis arida pondus tria, & salamentorum pondus, libra quod ex terra, vitæ, arboreve natum sit. Has secuta lex Cornelia, à Corn. Sylla dictatore lata, qua non gula modus factus, sed minor tantum pretia rebus imposta: nimirum, ut vilitas æduliorum animos hominum incitaret potius, quam legis auctoritas ab-

freretur. Sylla luxu ipse distuens, sumptuosiusque (inquit, *Plut. in Vitio*) cives composuit ad frugalitatem. Eo mortuo, Lepidus & ipse legem tulit cibarium (sic enim Cato sumptuarias leges appellabat.) Paucis deinde interdictis annis Antius Restio optatam legem tulit, quam tamen vitiorum firma concordia nullo abrogante irritam fecit. Ipse Restio, quoad vitæ; foris postea non reconavit, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset. *Macrob. lib. 3. Satur. c. 17.*

Romæ C. Fannio, & M. Val. Messala Coss. decretum Senatus factum, ut principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutarent, id est, mutua inter se convivia agerent, jurarent apud Coss. verbis conceptis, non amplius in singulas cœnas sumptus esse facturos, quam centenos vicenque aris, præter olus, & far, & vinum: neque vino alienigeno, sed patrio uturos: neque argenti in convivio plus pondus, quam libras centum illaturos. Sed post lex Fannia lata est. *Gell. lib. 2. cap. 24. Not. Attic.* ubi de lege Fannia, Licinia, Æmilia, & similibus.

C. ITRUS, qui legem Fanniam suavit, Romanorum temulentiam graviter taxat: Ludunt, inquit, alea studiosè, unguentis delibuti, scortis stipati. Ubi horæ decem sunt, jubent puerum vocari, ut Comitium dum eunt, nulla est in angiporru amphora, quam non impleant, quippè qui vesicam plenam vi habeant. Veniunt in Comitium tristes, jubent dicere. Quorum negotium est, narrare. Judex testes poscit, ipse it mittum. Vbi redit, ait se omnia audivisse. Tabulas poscit. Litteras inspicit. Vix præ vino sustinet palpebras. Eunt in consilium, ibi hæc oratio: qui mihi negotii est, cum istis nugatoribus? quin potius potamus nullum mittum vinum Græco; edimus turdum pinguem, bonumque piscem; lupum germanum; qui inter duos pontes captus sit. *Macrob. lib. 3. Satur. c. 16.*

Glites censoria leges, principesque M. Scaurus in consulatu, non alio modo cœnis ademerit, quam conchylia, aut ex alio orbe convecta ægis. *Plin. lib. 8. c. 17.*

P. LICINIUS Craffius, & L. Julius Cæsar Censores, anno urbis condite 175. ediderunt, ne quis vinum Græcum, Ammoneque obsonis aris singula quadrantalia venderet. *Pl. lib. 14. cap. 14.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Cautum cibaria lege apud Romanos; scribit Athenæus, ne quis in annum carnis fumosæ plus talentis quindecim abstineret. *Celiius. l. 9. c. 17. Antiq. Lib. 3.*

TIBERIUS Cæsar annonam macelli, Senatus arbitrata quotannis temperandam censuit, dato Adilibus negotio, popinas, ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pitioria proponi venalia licerent. *Suetonius.*

CONSTANTINUS Imper. lata lege vetuit, phasianum, & fumen conviviis inferri. *Suetonius.*

CAROLUS Magnus vetuit, ne in castris, seu expeditione, alius alium ad bibendum provocaret, aut cogeret. *Avent. lib. 4. Annal. Bojorum.*

ARGADUS regni Scotici gubernator statuit, ut omnes publicæ obcaentes munia ab omnium usu, quibus inebriandi vis inest, abstinerent. *H. Boeth. lib. 5.*

GOCHARUS Sueconum, & Gothorum rex, sub quo Longobardi à Scandia fame pulsi egressi sunt, sobrietatem lege lata subditis persuaedere conabatur. Verum nobiles eam frugalitatem perosi, cum Jarnero Danorum rege, contra Gocharum conspirarunt. Priusquam ad manus veniretur, Gocharus à Fastone fratre, legum severitate accusante, per jurgium trucidatus est. *Joan. Magnus lib. 8. c. 21.*

ANIMADVERSIONE, CASTIGATIONE.

Indis sic abstemiis, ut nisi factorum causa, vinum bibere nulli fas foret, constitutum erat, ut si temulentum regem mulier occidisset, hoc donaretur munere, ut successori muberet. *Athen. lib. 10. c. 11. ex Ctesia.*

Apud Gallos, & Iberos zonæ mensuram habent magistratus, quam si capere non posset mulier succi plena, aut puer obetus, magno afficitur probro. *Alex. lib. 2. cap. 25. ex Stobæi Ser. 3.*

EMPEDOCLI in convivio prescripsit convivii prescriptus, ut aut biberet, aut vinum in caput illius effunderetur. Eam rem tam indignè tulit Empedocles, ut postredie coactio concilio, & invitatore, cuius opera id erat factum, & symposiarum reum peregerit, damnandisque curavit. *Laert.*

Corinthiorum morem, quorum civitas erat cæteris corruptior, talem describit *apud Athen. 16. Dipbilus*: *Hoc lege cautum est hic apud Corinthios, ut si quempiam obsonare semper splendidè videmus, hanc rogamus, unde vivat. Quid faciat operis. Si facultates habet, ut redditis harum solvere expensas queat. Perpetuum illum perfrui bonis suis. Sin forte sumptus superat ea, que possidet, prohibemus huic, ne faciat hoc in posterum. Ni pareat, jam plebitur multa gravi. Sin sumptuosè vivit is, qui nihil habet, Tradunt eum sortibus. Proh Hercules! Nec enim licet vitam absque malo ullo degere. Talem (scias) sed esse necesse aut nobilibus Abigere prædam, aut fodere muros ædium, Aut hæc patravimus jungi commercio, Aut in foro agere scyphontiam, aut perfidum Præbere, testem. Nos genus hoc mortalium Eicimus hac ex urbe, velut purgamina.*

Erasmus in Adagiiis.
 Lacones, juvenum corpora ne lascivirent, stas diebus apud Ephortos exhibebant, nudosque inspiciebant, ut si quid infolice pinguedinis contraxissent, parsimonia, & victus, abstinentia emendarent. *Xenophon.*

EPAMINONDAM legimus, militem quandam profenso aqualculo ad exercitu summovisse: ratione quoque addita, quod ejus venter vix tribus aut eos pluribus obtegi ficeret vale-ret, adeoque prominere, ut pœnada oculis subnotare neque-ret. *Plut.*

Adeo eos, qui se vino ingurgitarent, exosos habebant Romæ. Censores tanquam indignos, qui honores, & publicæ munererent, senatu amoverent, notaque & ignominia perstringerent. Indignum enim videbatur, illos qui ingenio temulentos: & marcido forent, quique libidinum malsulis notarentur ad rempublicam accedere, aut de publicis consulat. *Alex. lib. 3. cap. 11.*

Q. METELLUS, bello Jugurthino lapsam militum disciplinam restituens, prohibuit alia carne, quam assa elixave, milites uti. *Front. lib. 4. c. 1.*

C. JUL. Cæsar legem præcipuè sumptuariam exercuit, dispositis

positis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetum retinerent, deportarentque ad se, submissis nonnunquam sistoribus, atque militibus: qui si qua custodes fessissent, jam apponita e tridinio auferent. Suetonius.

AUGUSTUS, cum accepisset, procuratorem Egypti Erotum, coturnicem, qui in pugando superabat omnes, & invictus erat, nudum in eum esse, atque asium comedis, excivit eum, atque quæstionem de eo habuit, consiliumque malo navis imperavit suffigi. Plut. in Apophi.

CAROLUS Magnus mulierem ebriam, & aquam in posticum potare compulit. Avent. lib. 4.

Scoti veteres voraces, manducones supra quam erat humanum, helleuoneque, & perpetua ebrietati indulgentes, aut addictos, ne tam fœda monstra in patria dedecus superessent, flumine mergentes, prius quantum libuit, & cibi, & potus vorare, ac ingurgitare eis præbentes, miti supplicio exterminant. H. Boet. in Scotia.

ARGADUS, Scoticæ regni gubernator, in ordinem redacto Conaro rege impurissimo, lixas, cupediarios, popinones, simileque hominum genus, ad mortalium voluptatem magis, quam necessitatem paratum, publicatis fortunis, dirutisque adibus, proscipit. H. Boet. lib. 5.

LUPOVICUS, Germaniæ rex, sumptuariam legem severissimè exercuit, simplici, ac parabili victu, vestituque patrio contentus: cum infimo quoque parifonia, & frugalitate certavit, plerumque carne, ac hujusmodi lautioribus cibis abstinit. Item.

HENRICUS, Princeps Boemorum, & Episcopus Pragensis, diversis in locis erexit tribunalia: temetum, ganemque, & cæcantes intemperiem fame, sitique in carcere coercuit. Dub. ar. lib. 14.

PIUS II. Pont. Max. instituit quatuor viros ex Collegio Patrum de luxuria coercenda. Primum Germanum, alterum ex Gallis, reliquos in Italia. Sed homines diversarum nationum, ac morum dum cunctantur, ipse vita discessit. Joan. Campanus in vita eius.

DIONYSIUS Syracusanus tyrannus, cum reliquos fontes gravissimis plereter supplicis, vestium furibus ignoscebat: ut Syracusanis cœnis, & ebrietatibus abstinerent, non quod illorum temperantiæ consulere, sed quia tyrannidi suæ metueret. Et tamen ex eventu, illorum quoque frugalitati consuluit. Plut. in Apolog. ad Trajanum.

PUDORE, DEDECORE.

ANACHARSIS rogatus aliquando qua ratione, quis ebrietatem effugere posset? Si semper, inquit, præ oculis habeat ebriorum turpissimos, & indecotos mores. Laert.

Spartani servos inebriatos in convivio introducebant, eosque ineptientes pueris ostendebant, ut deformitate eâ à vino abstinere discerent. Plut. in Xenophon.

OCCASIONIS AMOLITIONE.

JOANNES Aragonum rex XXXI. constituit, ut ne quis lugubres vestes à tergo longiores per terram traheret, sed æquales, & ad talos usque duntaxat. Qui verò longiores indueret, & vestes amitteret, & solidos sexaginta pauperibus erogandos perolveret: totidemque factores, qui contra statutum vestes longiores scissent. Marinus lib. 12. rerum Hispan.

IN SPECIE, TEMPERANTIÆ Magistrum circa Vestium.

PYTHAGORAS Crotoniatarum mulieres sua sanctitate, & vita abstinentia cœdixit, ut auratas vestes, ornamentaque lasciviora in templo Junonis consecrarent. Vol. 1. 17. Antrop. Phylarchus lib. 11. ff. 25. legem apud Syracusanos fuisse scribit, qua cautum erat, ne mulieres auro ornarentur, neque floridas vestes gestarent, neque purpureos haberent contextus, nisi si qua fe publicam meretricem esse fateretur. Atque aliam fuisse legem, ne quis vir fe auro ornaret, supervacaneis vestibus uteretur differentibus, nisi fe moechum esse fateretur, aut cyrædum. Prohibebantur liberæ mulieres noctu incedere, ubi sol occidisset, nisi adulterium essent commissuræ: prohibebantur per diem etiam, sine institutoribus exire, ac ut una serva saltem sequeretur. Athen. lib. 12. c. 6.

JOHANNES teste, docebat Pythagoras matronas pudicitiam, & obsequia in viros, inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat: consecutusque est assiduitate disputationum, ut matronæ auratas vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ depoluerint: vera

PERICULI SIMULATIONE. ALEXANDER Magnus æstivo tempore exercitum præter

fluvium incumbentibus hostibus, duxit. Conspicuas autem milites stare: & in flumen oculos intendere, & bibentes ordinem dissolverent, neque protectionis celeritatem impediret, præconem iussit proclamare: Contineamus nos ab hoc flumine, nam aquam habet mortiferam. Illi metu commoti, abstinebant, & iter accelerabant. Alexander perfectio iunere, & castris positus, ipse cum duobus apertè de fluvio bibit. Ridentes milites, & causam doli animadvertentes, sine metu è fluvio aquam hauserunt. Polæmus lib. 4.

TEMPERANTIÆ, ABSTINENTIÆ, SOBRIETATIS FRUCTUS.

TEMPERANTIÆ VOLUPTATUM ACQUISITIO, INTRODUCTIO.

MAGISTRUM CIRCA VESTIUM.

LYCURGUS Lacedæmoniorum Legislator, cum ex virtutibus spectandas, feminas suas, non ex cultu, ornatumque censuisset, fucum omnem muliebrem civitate sua legibus expulit, omnibusque comendi, & omni corporis artibus expulit, interdixit, tanquam corruptoribus virtutis, & bonarum artium. Plut. apud Xenophonem in Oeconomiis. Ilichomachus Socrati narrat, quomodo unort suæ persuaserit, ne fucatis coloribus, & opus in modis, id est, monilibus, que solida non forent, sed inus lignum pro auro, lacunaque haberent, alisque hujusmodi fallaciis, uteretur, ut formosior videretur, quam esset.

CLEOMENES Lemniæ F. rex Spartanus, qui sublati Ephoris ad Lycurgi leges civitatem revocavit, omnium ipse erat Doctor. Frugalem, simplicem, nulla re licentiorum, aut splendidiorem cæterorum, cultum suum, tanquam temperantiæ exemplum, proponebat. Plut. in Xenophonem.

ALEXANDER Magnus cum amicis suos in totum cerneret luxu perditos, victuque, & sumptibus licentiores, atque Agnonem Tejum clavem argenteis suffigere crepidas, Leonato multis camelis pulverem ex Agypto usque ad exercitationes supportari, Philotam ad venationem centum stadiorum aulaas habere, unguento plures, quam oleo delibatos ad balneum ire, trahere eos secum fructores, & cubicularios: calligavit eos placide, & philosophicè, mirari fe dicens ipsi, qui tot, tantaque certamina decertavissent, excidisse eos jucundius, alios, qui fatigant, quam facientes, quiescere: neque animadvertere, Perfarum moribus æquarantur suos, nihil esse servile magis, quam indulgere deliciis, nec magis regium, quam labores suscipere. Et quidem, qui cures, inquit, tua opera equum, vel hastam, galcanve polias, si inducere animum non potes, ut corpori, quo nihil carius admoveres manus? An ignoratis, sinem nobis vincendi esse, ne eadem ac victi faciamus? Plut. in Alex.

JOANNES Aragonum rex XXXI. constituit, ut ne quis lugubres vestes à tergo longiores per terram traheret, sed æquales, & ad talos usque duntaxat. Qui verò longiores indueret, & vestes amitteret, & solidos sexaginta pauperibus erogandos perolveret: totidemque factores, qui contra statutum vestes longiores scissent. Marinus lib. 12. rerum Hispan.

IN SPECIE, TEMPERANTIÆ Magistrum circa Vestium.

TEMPERANTIÆ VOLUPTATUM ACQUISITIO, INTRODUCTIO.

PYTHAGORAS Crotoniatarum mulieres sua sanctitate, & vita abstinentia cœdixit, ut auratas vestes, ornamentaque lasciviora in templo Junonis consecrarent. Vol. 1. 17. Antrop. Phylarchus lib. 11. ff. 25. legem apud Syracusanos fuisse scribit, qua cautum erat, ne mulieres auro ornarentur, neque floridas vestes gestarent, neque purpureos haberent contextus, nisi si qua fe publicam meretricem esse fateretur. Atque aliam fuisse legem, ne quis vir fe auro ornaret, supervacaneis vestibus uteretur differentibus, nisi fe moechum esse fateretur, aut cyrædum. Prohibebantur liberæ mulieres noctu incedere, ubi sol occidisset, nisi adulterium essent commissuræ: prohibebantur per diem etiam, sine institutoribus exire, ac ut una serva saltem sequeretur. Athen. lib. 12. c. 6.

JOHANNES teste, docebat Pythagoras matronas pudicitiam, & obsequia in viros, inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat: consecutusque est assiduitate disputationum, ut matronæ auratas vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ depoluerint: vera

vera ornamenta matronarum dicens pudicitiam, non vestes esse.

SOLON Atheniensis plus tribus vestibus quemquam uti, lege prohibuit. Alex. lib. 5. cap. 18.

Ephesi, cum pecunis egerent, legem posuere, ut mulieres auro non gestarent: quantum verò in præsentiarum haberent, mutarent civitati. Arist. in Oecon.

LEONIDAS Alexandri præceptor, stragulorum ipsius repositorium solitus erat adire, vestiarumque, atque ea solvere, inspiciens, nunquid illi ad molliem mater, vel ad luxum addidisset. Plut. in Alex.

ZALEUCUS Locrensis Legislator mulierum luxum in vestitu prohibuit, neque aureis ornamentis uti permisit, neque contextis indumentis, atque elaboratis venustari, nisi cum coortari, atque amatorem sibi moliri studerit. Diod. lib. 12.

Apud Rom. sponæ coma cuspidè fastè discriminebatur: ut diceret, viri pugnacis, & bellicosi matrimonio juncta, non mollem, & luxuriosum, sed modestum cultum sibi adhibere. Plut. in Cent. Rom.

Bello Macedonico contra Philippum Romæ magna altercatio inter ordines orta de lege Oppia. Eam M. Oppius tribunus plebis, Quinto Fabio, & T. Sempronio consulibus, medio Punicæ secundi ardore tulerat, ut ne qua mulier plus femunciam haberet auri: neu vestimento verficolori, junctioque vehiculo, nisi sacrorum causa, uteretur. Tribuni legem tuebantur, & jam turba faventium legis, ad venturamque Capitolium complebat. Multique nobiles ad suadendam, disfluendamque abrogationem in publicum prodierant, & in his M. Porcius Cato, qui tum consul erat, urbanæ luxuriæ acerrimus hostis, pro lege locutus est. At L. Valerius tribunus plebis, contra legem. Tandem omnes ad unam tribus legem abrogarunt. Sabell. lib. 6. Ann. 5.

C. JULIUS Cæsar usum conchyliatæ vestis, & margaritarum, nisi certis personis, & ataribus, perque certos dies admittit. Suetonius.

TIBERIUS Cæsar, Satilio, & L. Libone consulibus, usum feriarum vestium interdixit. Dion.

ALEXANDER SEVERUS Imp. ne conjugem quidem pretiosioribus uti gemmis, quam cætera Romanas cives, permisit, & si qua dono date erant, eas vel vendi iussit, vel templa dedicavit. Lampridius.

TACTUS Cæsar auro clavatis vestibus uti prohibuit. Alex. lib. 5. cap. 18.

LUDOVICUS PIUS Imp. exteros habitus edicto prohibuit. Aquiligrani, anno 820. synodum multorum Episcoporum habuit, in qua constitutum est, ne Episcopi, & clerici cuiusvis gradus pretiosas vestes, ut potè fericas, & coccinei coloris, aut bracteatas ferrent: neve in digitis gemmas, nisi dum præfules facerent: ne in cingulis, calcæis, aut crepidis aurum, & argentum ferrent. Platina.

LUDOVICUS XI. Francorum rex habitu plebejo utebatur, uti suos à luxurioso ferico, & pellum peregrinarum vestitu, cuius pretio regni opes ad alienos transferrentur, ad frugalitatem traduceret. Cl. Seiffelus in hist. Ludovici XI.

Venetis luxum vestium edicto cohibere. Bembo lib. 1. hist. Venetæ.

Stragula.

LACON, cum die priore ipsum hospes defugeret, postridie commodato sumptis stragulis excepisset liberaliter, concendit stragula, calcavitque: addens, Horum causa heri, nec in storea fe quiescivit. Plut. in Apophi. Laconicis.

CATO senior, quod pellibus hædinis in publico epulo pro stragulis usus esset, non mediocrem laudem tulit, quod frugales, & continentissimos exemplo juvaret. Alex. lib. 3. c. 11.

Unguenta.

LYCURGUS unguentum, sicut olei corruptelam, & perniciam amovit: infesturam item, ut sensus blanditias, omnibusque pigmentariis aditum Sparta præclusit, velut malis artibus veras adulteraret. Plut. in Apophi.

SOLON è rep. Atheniensium unguentum sustulit, tanquam olei corruptelam, ac perniciem. Nam oleum odoribus vitium nullum habet visum, nec ad usum, nec ad membrorum unctioem. Plut. in Laconicis. Veteres certe unguenta, quasi unguenta, quod vino madentibus, & deliris placeant, videntur appellasse. Cælius lib. 27. cap. 24. A. L.

ANTIOCHO rege, Asiaque devictis, urbis anno quingentesimo sexagesimo quinto, P. Licinus Crassus, L. Julius Cæsar, L. Titus, vit. Human. Tom. VII.

far censores edixere, ne quis venderet tinguenta exotica: sic enim appellavere. Plinius lib. 13. cap. 3. Supellestem.

C. FABRICIUS censor summus duces plusquam pateram, & salinum ex argento in calstris habere, edicto inhiuit.

TIBERIUS Imp. vetuit, ne quis ad sacra potanda vas aureis uteretur. Cùmque postea dubitaretur à quibusdam, an ea quoque, que haberent emblemata, interdicta essent? de hoc etiam edixit. Dion. Nisæus.

PESCENNIUS Niger summoto omni argento, in vasis ligneis milites velci iussit. Alex. lib. 2. c. 29.

Exercitia.

C. JUL. Cæsar lecticarum usum, nisi certis personis, & ætatibus, perque certos dies admittit. Suetonius.

CONSTANTINUS Scotorum rex edixit, ne Sacerdotes alerent equos, nec canes voluptatis causa: arma non ferrent: causas non agerent profanas. H. Boet. lib. 10.

TEMPERANTIÆ VOLUPTATUM CORPOREARUM IMPROPRIE DICTARUM, ex objectis per se consideratis.

Temperantes circa ALIMENTA. vidus mundities.

Non hic vel Quantitatem, vel Qualitatem in persruendis alimentis spectamus (de quibus in primarias Temperantiæ alimentaris species egimus) sed externam tantum Munditiam, que cibum per se necessarium gratiorem facit.

HORATIUS in Epistolis à Jove petit inter cætera mundum victum, non deficientem crumena.

VESTIMENTA.

Vestium usus duplex: necessitatis alter, alter elegantie, & voluptatis. Quorum ille voluptati tællus commodat, in Dolore, qui ex acris intemperie provenit, placendo, amolendoque: hic verò ad Cultum corporis pertinet. Nos hic universim de Vestitu simplici, & frugaliagemus.

QUI PUTA

Homo, Deus.

Fuit Christo regi summo unica vestis arte ineffabili contexta veritas, quam facta. Magnum in officio miraculum, sed majus adhuc in usu: neque tritor facta est perpetuo vestitu, neque manus habilis, sed ad corporis modulum augetere. Estque vestis hæc fatidico spiritu multo antè prævia, qua Calvatia teste abiit in sortem, ne scinderetur. Sab. lib. 2. c. 8.

Propheta.

JOANNES BAPTISTA, quo non surrexit major inter natos mulierum, de pilis camelorum vestem contextam, & pelliceam zonam circa lumbos habuisse dicitur. Et de illo ad turbam Dominus: Quid existis, ait, in deserto videre? hominem molibus vestitum? ecce, qui molibus vestitur, in domibus regum sunt. Aspera utique vestis, & ciliciana contentioris vite indicium est, mollis, & delicata lascivioris. Et ut habitacula quoque de moribus hominum non nihil attestari cognoscat, desertum prælatum est aulis regum. In his namque voluptatis mundanæ mancipia verari solent, in illo Christi servi. Marul. lib. 3. c. 8. & Sab. eodem.

Apostoli.

Apostolis in Evangelio mandatum legitimus, ne solliciti essent in perquirendis, quibus operirentur: sed considerent in eo, qui lilia tam eximio vestit candore, multo magis vestitum ipsos, quos ad imaginem suam rationis capaces, æternæque vite destinatòs condiderit. Querite, inquit, primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adicientur vobis. Marul. lib. 3. c. 8.

Veruntamen quia modicum quid terræ opis, adjumentique sufficere debet ei, cui multa reposita sunt in regno cælorum: iisdem præceptum est, ne duas tunicas habeant, non ut simplici tunica contenti sint, si frigidis intemperies non patitur: sed ne metu futurorum aliam induant, aliam referent. Superflui itaque amictus sollicitudo reprimunt, non necessarii cura. In calcatu quoque sandalis tantum usus constat, quæ in Astorum libro alio nomine caligæ appellantur. Quod sanè calcamenti genus non operit pedem, sed sufficit: Igitur ne calciarium saltem paulo cupidius nobis expetendum duceremus, exemplo offenderunt, satis esse, si ca pars pedis tecta sit, que terram terit, nuda relicta, que cælum spectat. Reddendum, & religiose incedentem cælo parere, non terræ, deest: Deo, non hominibus. Sab. lib. 2. c. 8.

Apostolorum principi Petro nihil tegumentū fuisse credi- tur, præter tunicam, & pallium: nihil aliud calcamenti, præter caligas. Illud in Clementis libro relatum dicunt, hoc in Apostolicis Actis legitur, dicente ad eum Angelo, Pra- cingere, & calcea te caligis tuis. Idem.

B. BARTHOLOMEUM Apostolum collobio albo, pallioque purpureo, & sandaliis utum, memorie proditum est: sed hoc miraculi adicitur, quod quinque & 20. annos vestimen- ta eius nec fordes ulla, nec vetustatem contraxerint, nec sandalia subrita sint. Verumtamen hunc etiam communis nuditas piscatoribus parem fecerat, nisi purpureus color, regia stirpis insigne fuisset. Sed hic ideo reservatus est, ut indicio foret, quanta ille reliquerit, quam Christum sequeretur. Marul. lib. 3. cap. 8. Sabell. 1. c. 8.

D. JACOBUS Justus, frater Domini ob formæ similitudi- nem appellatus, & ut Egeffippus ait, ab utero matris suæ sanctus, non lanceum, sed lineam habuit amiculum. Ad hæc quod ad corporis cultum pertinet, nunquam attonsus est, nec oleo unctus, nec balneo usus. Sic indutus, sic obfusus, etiam apud Judæos in tanta veneratione fuit, ut soli permis- sum sit Sancta sanctorum intrare, & Deo laudis sacrificium pro populo offerre. Idem.

S. JOANNEM Apostolum sola sindone amictum Hierosoly- mis aliquando incesse, ex Evangelio constat: quoniam dum à Judæis apprehenderetur, ea relicta nudus effugisse dicitur. Nudi ergo nudum Christum sequamur, ne ab adver- sariis comprehendamur. Sab. ibidem.

D. AUR. Augustinus Episcopus II. Hipponensis veste non magis compta, magisve ambitiosa, quam illi quibus præerat, uti voluit. Si quis excultorem sibi dono offerret, acceptam venum jubebat dari, ut pecuniam inde exactam cum aliis communicaret, quandoquidem vestis ipsa communis esse non posset. Itaque clericis suis dignitate præstitit, habitu, atque vestitu par fuit. Sab. lib. 2. c. 8.

B. VULSTANUS Vigorniensis Episcopus vestitu utebatur vilissimo ex ovinis pellibus: & causam afferrebat, quod non Felices Dei, sed Agnus Dei in templis cantaretur. Ranulfus lib. 7. cap. 8. Polychronici.

Monachi, Eremitæ.

B. BERNARDUM Abbatem Clarevallensem veste quidem satis vili, sed minime squalenti usum memorie proditum est: ac etiam dicere solitum, tunicam sordibus obsoletam, restem desidia, atque sordidæ esse: & ejus immundiciem interdum ad hypocritam spectare, quæ inanis gloria dum vi- deatur, contemni quaerit. Cum ergo etiam cilicio sub ves- te latenti carnem attereret, ubi id relicium est, & ipsum depositum. Nec unquam deinde asperius indumentum, quam cæteri fratres, ferre voluit, ne forte illis præstare sanctitate videretur, quorum se ipse minimum reputaret. Sab. lib. 2. cap. 8.

STEPHANO Abbati, Grandimontensis ordinis auctori, qui in Moreto Aquitanie monte vitam solitariam duxit, tametsi nudis, modicusque amictus fuerit, hoc tamen admira- tionem auget, quod sub eodem & æstivos calores, & brumæ frigus pertrulerit, nunquam quicquam panni sibi vel addens, vel demens. Utramque profecto diversorum temporum mol- lestiam levare posset solertia, nisi utramque tolerare mallet in Deum charitas. Marulus.

APOLLONIUS apud Thebaidam in sinibus Hermopolis, collobio stuppeo, quod lebithen vocabant, operiebatur: D neque tamen ullum capium habuit, sed limbo linteolo col- lum, caputque obvolvebat. Et hoc magis mirandum, quod cum 40. annos in deserto manens peregerit, ejus tegmina neque usu consumpta, neque vetustate labefacta serantur: ut inde facile appareat, quanti apud Deum sit hu- milis habitus, & abique ulla simulatione, contemptus. Idem.

PAULUS primus eremita, cum nihil haberet, nisi quod inculata solitudo suppeditare poterat, tunica de palmæ foliis contexta nuditate textit. Et quia ille veste in necessitate usus est, hanc ipsam Antonius, cum defunctum sepelisset, ha- buit in deliciis, non nisi festis solemnibus cum induens: quam etiam D. Hieronymus plurimi faciens: Si mihi, inquit, Dominus optionem daret, multo magis eligerem tunicam Pauli cum meritis ejus, quam regum purpuram cum regnis suis. Idem.

Palmeis tegminibus & illi quatuor, in vastissima Ægypti eremo à Paphnucio inventi, Joannes, Andreas, Thadæus, & Philippus, amici erant. Hunc tamen tam sylvestrem vesti-

tum, haud multo tempore post cum veste immortalitatis commutarunt: Tanto nunc felicis ecclesie lumine illustran- tur, quanto antea perusta Solis arduoribus eute contemptius squallebant. Idem.

SERAPIONEM Abbatem primitus quidem sola tunica, simplicique pallio contentum, deinde his etiam carere pietas compulsi: quippe seipsum desolians, pauperes con- textit. Nec erubuit nudus incedere, dum nuditatem miseretur alienam. Idem.

TIMOTHEO in Ægypti solitudine degenti ea duntaxat corporis pars non fuisse nuda perhibetur, quam barba, coma- que nunquam tonsa contexerant. Et hunc Paphnucius inter bestias incedentem cum vidisset, sylvestre magis, quam ho- manum animal ratus expavit. Mox cum loquentem attendisset, agnovit Dei servum: simulque didicit, satis indutum esse, qui cum Christo nudus esset. Idem.

ONUPHRIUS nudus in ulteriori deserto ab eodem Paphnu- tio repertus verenda tantummodo folia arborum opererat. Consumptis enim vestibus, quæ locum atulerat, alia deinde, quam quæ natura dabit, non quaesivit. Cümque veta fundus esset, sanctam animalium ejus visibili specie ab Angelis in cœ- lum ferri vitam tradunt. Et quicum nostrum paululum usu detritis ferre dedignabatur pannos, cum nudi etiam ab Ange- lis honorantur? Idem.

HILARIONEM Abbatem accepimus, nihil aliud, quo corpus suum operiret habuisse, præter faciem, ac pellicum empeden- tem, rusticumque sagum. Capillum semel in anno, pasche die totondisse, nunquam lavasse: quod supervacaneum esse diceret munditias in cilicio quaerere: neque tunicam alteram sumpsisse, nisi cum prior penitus discissa esset. Idem.

D. HIERONYMO sacca tunica erat. Hanc Eusebius discipu- lus eo defuncto accepit, honorique habuit, tactu ejus vae- tudinarios curans, & ad vitam mortuos revocans. Cujus quoque tegum auro, gemmisque refulgens, aut cocco, purpureque rubens vestimentum, tanta unquam virtus fuit, quanta sancti hujus faccus esse cilicicus? Idem.

Nihil habuit Abrahamus anachoreta in solitudine præter catinum, & cilicium vestem, cum sago rustico: vixitque tali- bus deliciis contentus, quamdiu in humanis fuit. Id homini- tuius, quam si opes affluxissent, & ad divinorum meditatio- nem multo habilis. Sab. lib. 8. cap. 5.

FRANCISCUS Minoritarum pater, tunica una, & ea sanè crassi admodum illi, impolitæque texture utebatur, quam pro cingulo præcinxerat, junis modo adstrictus, ubi commie- tatur, non fibula. Caput, & cervix cuculla velabantur: pedes profors nudi erant, nisi forte lignis foveolis veluti fan- dialis, ne terram contingeret, suffulsi. Multis tunc habitus iste ludibrio erat. Cuidam nuditatem hanc hyemis tempore calumniant, ac petenti, ut guttulum sibi sudoris venderet: Eam se Christo, non hominibus vendere, respondit Fran- ciscus. Marulus.

Monache.

MARIA Ægyptiaca, turpis aliquando voluptatis questui dedita, omni ornamentorum genere sese decorabat: nec à pigmentis, siveque abstinens, ut placeret vitiosis. At postquam conversa Christo servire cepit, tanta illi vestitus nullus cura fuit, ut eo consumpto, quem secum ad eremum tulerat, nuda in solitudine viveret. Et quia sine tecto debebat, æstus, plu- viaeque corpore nulla in parte velato excipiens, nigriciem quandam cutis, situmque contraxerat, sed jam non paucis mira- culis clarebat. Vide ergo quantum interfuit inter ornatum illum, & nuditatem istam. Ille impudiciæ fomes fuerat, iste meritum præbuit mirandæ sanctitatis. Marulus.

Totam Deo dicatam virginem in Monasterio Thebaidis me- morant, nunquam nova tunica, aut novo melote, & aut novis calcibus usam: semper illis fororibus recentia cessisse, & ab us- dem sibi sumpsisse vetustiora, triticioraque, ut quanto cæteris forma præstabat (erat enim omnium pulcherrima) tanto in- concinniore, magisque incepto habitu se devenirent. Neque enim ignorabat, animi non corporis decore sponfam Christi excellere debere, ut cælesti thalamo digna sit. Idem.

Reges.

AUGUSTUS CESAR, veste non temerè alia, quam dome- stica usus est, ab uxore, & forore, & filia, neptibusque confecta. Togis neque relictis, neque fuscis, neque flavo, nec lato nec angu- sto, calcamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur. Forentis & calcæos nunquam non intra cubiculum ha- buit, ad subrosos repetitos casus parata. Suetonius.

VESPA-

VESPASIANUM veste, & habitu neglecto, & vix à gregario A milite differentem, in publicum sapientissimè processisse, me- moria proditum est. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8.

TACTUS Imperator Rom. simili cultu, cum aequalibus usus est: Nam in toga, qua privatus utebatur, in imperio sape- vitas est. Idem.

SEVERUS Imp. vili amiculo, & exigua veste adoperus: & à plebe vulgari nihil differens, in publicum processit. Idem.

Holoserica veste Aurelianus Imp. nunquam usus est, nec alium uti permisit Principe. Eutropius, quod minor, eum Diademate regio more usum tradidit, & aurata veste, ac gem- mata, quod Romanorum nullus ad tempus fecisset. Cùm uxor ab eo precibus contenderet, ut filia unica adhuc vir- ginis daretur: Abfit, inquit, ut filia auro penitetur: Enim verò sericum ea tempestate auro rependebatur. Sabell. lib. 7. Ennead. 7.

CALPURNIUS Magnus, vestitu, calceatu & cætero habitu pa- trio, hoc est, Teutonico utebatur, non multum à vulgari abhorrente. Celebri festo, aut quando exterarum gentium legati venissent, veste, gladio, diademate aureis, atque gem- matis probat: peregrina, atque explicita vestimenta, pretiosa licet, omnino contempsit. Romæ sibi duntaxat, Hadriano, itemque Leone Pont. cænicus orantibus, togam, chlamydem, calcæosque more Romano sumpsit. Avent. lib. 4.

ALPHONSIUS Aragorum regem, cùm moribus, & au- thoritate potius quam purpura, & Diademate suis regem se ostendit niteretur, vestitu, cultuque corporis tam moderate usum legitimus, ut in hac re parum à popularibus suis discre- pante se penumero visus sit. Admonitus à quodam, ut re- gio ornatum dederet, respondit: Malo, moribus, & auctori- tate meos excellere, quam Diademate, & purpura. Panorm. lib. 1. de rebus gestis Alphonsi. En. Syl. de ejus di- stis.

LUDOVICUS XI. Francorum rex ornato corporis neminem suorum unquam antecessit. Emilius lib. 10. non ostendit

EPAMINONDAS Thebanus magnus ille dux, munus quoque contempit, unicum tantum habebat vestem, eamque sor- didam: quam si forte mitteret ad fulionem, ipse se domi- C continere, ob indignitatem alterius, cogebatur. Estianus lib. 7. var. hist.

AGESILAUS Spartanorum rex, cùm haberet exercitum optimis vestimentis, & armis ornatissimum, ipse tamen vilissimo corporis vestitu utebatur. In Ægyptum profectus, ab Thaco Ægypti rege accitus stipendio, ob corpus inieulum, ac vestis vilem venit in contem- ptum ejus gentis hominibus, qui sperantur de vilibus Spar- tanorum regem talcm, qualis esset rex Persarum, corpore decentissimè ornatum. Ad ille nihil quidem de cultus, ac vidus simplicitate mutavit: sed interim ostendit, ma- jestatem, dignitatemque regiam non vestium splendore, sed prudentia ac fortitudine parati oportere. Plat. in Lacan. & Athén.

Quinque, & xl. Magistratus essit Phocion Atheniensis, sed quo sit vestis genere interius usus, calcandi ratio, in eo demonstrat. Inolevit adagium inter urbanos, ut cùm immen- tum frigus, & intolerabile significare vellent, Phocion, di- cebant, calcæatus est. Sab. lib. 2. cap. 8. Marulus lib. 3. c. 8.

LYCURGUS orator Atheniensis, quamvis esset pecuniosus- simus, pallium unum, idemque vestis & bruma gestabat, cal- ceosque induebat, quando dies postulabant. Plat.

M. CATO censorius, nunquam toga usus est plus, quam drachmis centum empta. Plat.

CATO Utentibus hujus pronepos sine calcæis, sine tuni- ca, funiculo cinctus, per forum cum familiaribus post pran- dium deambulabat. Item nudis pedibus, veste fusca, & sine tunica, sola toga accinctus, jus in foro dixit, idque ex ve- teri instituto. Cùm purpuram videret affatum rubore fulgen- tem, & saturam in pretio esse, ipse ferrebat nigram, non quod gloriam ex hac novitate aucuparetur, sed quod assue- ceret sese ob solam turpitudinem erubescere, & infamias con- temnere reliquas. Plat. in Catone.

CRATES Philosophus Cynicus mantica, & sordido pal- liolo amictus, in publicum sape prodire solebat. Laert.

ZENO nullum discrimen vestis esse inter civis, sed eisdem amictus viros, ac mulieres ferre præcipiebat. Eundem etiam tenui pallio in publicum processisse tradunt. Idem.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Mulieres.

PHOCIONIS uxor, vestem Phocionis gestabat, neque opus habebat vel crocoto, vel anabola, vel encylio, vel ce- cyphalo, vel pelpeo, vel tinclis, & coloratis tunicis: sed pri- mum induebat temperantiam, deinde qua suppetere. Marulus lib. 7. de var. hist. Cùm hospita quadam et Leonia aureum, gemmisque distinctum mundum cum monilibus, & torquibus ostendisset: Mihi, inquit, Phocion mundus est, vigesimum jam annum dux Atheniensis. Plat. in Phocione.

PHILONIS sapientia satoris Uxor, cùm sine aurea coro- na processisset in publicum, & alia gestarent, rogata, cur non ipsa ferret? Uxori (respondit) satis ornatus esse viri vir- tutem, & laudes. L. Vives de Christiana femina lib. 2.

Mulierum (quibus apud omnes gentes ornatus est corpo- ris peculiarior ferè, quam viris) unum apud Romanos incla- ruit exemplum: nec ad unam aliquam feminam, sed ad uni- versam pertinens familia. In Sarranorum gente nulla un- quam est linea veste usæ, ob molliem, & luxum repudiata. Sabell. lib. 2. c. 8. ex Plinio.

Ex Romanorum feminis multæ eisdem cum viris calcæos gestare consueverant.

In Quintiorum Rom. familia aurum ne feminas quidem F habere mos fuit. Plin. lib. 33. cap. 1.

PLINI tempore Germanorum mulieres pulchriorem ves- tem non novere linea. Plin. lib. 19. cap. 1.

Turcarum feminae utuntur simplicissimo habitu, nullam luxum representante. Nec unquam sine velo, aut àpera facie, in conspectum virorum, vel domi, vel foris prodeunt. Mi- tra caput tegunt, extremitas veli faciem tegit ut soli oculi e- mineant. Hoc tam rusticæ, quam nobilitatis faciunt. Nulla enim in publicum prodire nobilis, nisi subtili velata sit serico: ut homines ipsa videre possint omnes, à nemine autem facies ejus videri. Cuspin.

CURIA CAUSA

Ex preced. Titulis, Monachorum, & Monacharum, & Episcoporum, & Apostolorum huc pleraque.

ELSENI, qui squalorem alioqui decorem esse putant, veste semper candida nihilominus utuntur. Neque tamen vestitus, aut calcæos mutant, nisi aut omnino concessis prioribus, aut longi temporis usu consumptis. Joseph. lib. 2. c. 1. belli Judæi.

ELIZABETHA Pannonum regis filia, & Christi ancilla, quam poterat abjectiore amictu se velabat. Scissuras alterius interdum coloris panno asuto, quo vilior appareret, refar- ciebat. Itaque una de grege mendicantium videbatur: con- temnique gaudebat, ut humilitatem conservaret. Maluit ergo sic panna, siveque despecta in xenodochio pauperum morbo affectis ministrare, quam in regis patris aula, cùm a- misso marito ab eo in Pannoniam accessisset, serico, auro- que renitere, atque omnibus venerationis esse. Christo enim placere volebat, non mundo. Marulus.

ELIZABETHA Pannonum regis filia, & Christi ancilla, quam poterat abjectiore amictu se velabat. Scissuras alterius interdum coloris panno asuto, quo vilior appareret, refar- ciebat. Itaque una de grege mendicantium videbatur: con- temnique gaudebat, ut humilitatem conservaret. Maluit ergo sic panna, siveque despecta in xenodochio pauperum morbo affectis ministrare, quam in regis patris aula, cùm a- misso marito ab eo in Pannoniam accessisset, serico, auro- que renitere, atque omnibus venerationis esse. Christo enim placere volebat, non mundo. Marulus.

ADAM, & EVA in Paradiso nudi erant. Tunc illis parandæ vestis cura inrepsit, eum prope mandati transgressionem inde ejeti, terram colere, hoc est, terrenis occupare se ne- gotiis cepissent. Sed ne tunc quidem usque adeo conditionis humane oblitii sunt, ut carnem jam morti obnoxiam luxurio- se vestendam putarent. Conseruerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonata, tunicis denique pelliceis contenti vixerunt. Marulus lib. 3. c. 8. Sab. lib. 2. c. 8.

SPARTANI pueros suos radabant eute tenus: sine calcæis in- cedere, nudosque ferè consuefaciebant eos lustrare. Ubi anti- gerunt annum duodecimum, jam sine tunica agebant: unum accipiebant quotannis pallium. Plat. in Lycurgo, & Laconi.

ARIPERTUS III. Longobardorum rex, adveniens ad fe- gentium exterarum legatis, vilibus indutus vestibus, occurre- bat, quò minus ipsis Italiae deliciis caperentur, neque appa- tatis epulis illos excipiebant, neque præsentibus regni magnificas ulla in illis rebus impensas edebat. Sig. 1. 2. regni Italici.

STRAGULA, STRATA

Ex sequenti de voluptate ex quiete agitur, huc quadam, quatenus locus, cui incubant, sive lectus sit, sive quid aliud, stragulis vestiri consuevit.

PHORMIO dux quispiam militum fuit, in perferendis mili- tie

li 3

tie; incommodis notæ (sicut conicio) patientiæ. Inde Phor- mionis thoriabierunt in proverbium, de stratis minime delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Ulysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. *Erasm. in Adag.*

Turcarum Imper. nonnunquam videtur cum duobus, aut tribus balneum ingredi, ac templum religiosè adire, ubi non in cathedra, ac solio regali, sed in terra substratis tapetibus sine reliquo ornamento, ut ceteri, sedet. *Cusp.*

Joan. Andrea Jureco. 20. annis pelle tectus urfina, citrà lecti delicias, noctu cubavit. *Volat. lib. 20. Antioch.*

HABITATIONES.

De habitationibus alibi egimus. Hic Moderationem circa eam, quæ ex habitationum usu percipitur, Voluptatem spectamus.

MYROCES inter oves hyeme, æstate in sacrarum ædium vestibulis regem, hyberna agentem Babylone, æstiva in Media, ad certamen de felicitate Persarum provocavit. *Plut. in improbus etiam infelix.*

BALNEA.

Hic Moderationem in Voluptate, quæ velex qualitate, vel ex effectu corundem, quoniam supraunt, resollant, mitigant, percipitur, consideramus.

Lacones perpetuò agebant, sine tunica, squallidi corpore, à balneis, & unctionibus ferè abstinentes, præterquam paucis diebus per annum. *Plut. in Lacon. & in Lycurgo.*

Dardanenses Illyrides ter solummodo per universam vitam lavantur: post partum cum nuptias ineunt, & cum mortem obierunt. *Ælian. lib. 4. de Var. hist.*

Pudica.

Tante Romane verecundiæ observatio, & motum exempla fuerit, ut nec pater cum filio pubere, nec focer cum genero lavaret, nudosque conspiciere parentes ducentes nefas. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. ex Val. l. 2. c. 1.*

Frugalitas.

Confuctum illud veteribus Romanis fuit, ut vel nobilissimi ædileco fungerent officio, ut loca balnearum intrarent, quæ populum receperant, exigerentque munditias, & utrem, ac salubrem temperatam: non hanc (inquit Seneca) quæ nuper inventa est, similis incendio, adeo quidem, ut convictum in aliquo scelere servum invitum lavari oportet: nihil enim jam videtur interesse, ardeat balneum, an caleat. *Cælius lib. 30. cap. 19.*

Grata.

CAROLUS Magnus delectabatur vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenter natasse exercens: cuius adeo peritus fuit, ut nullus cum illo certaret. Ob hoc etiam Aquifragiam regiam extruxit, ibique extremos vitæ annos clausit. *Grantz. lib. 2. Sax. cap. 8.*

UNGUENTA.

Horum quoque exempla aliquot ex loco proprio petantur.

USURPATA honestè.

JESUS CHRISTUS Dominus noster bis unctus est unguento nardino pretiosissimo vivus, in memoriam sepulture suæ. Semel à Maria Magdalena (cum Bethanice cum Lazaro discumbere sabbatho, Joan. 12. quando Judas Iscariotes id factum reprehendit) quæ pedes illius unxit, & capillis extersit. Iterum in quo Simonis leprosi itidem Bethanice quatuor diebus post, à Muliere *Arriana*, quæ non pedes Christi reunit, sed fracto vase alabastrorum unguentum in caput Salvatoris effudit. *Matth. 26. Marci 14. Luc. 22.*

NEGLECTA honestè.

Virgines olim unguentis non utebantur, sed nuptæ tantum. Itaque Catullus comam Berenices, dum virgo illa esset, nunquam gustasse unguenta ait: postquam vero nupta fuit, plurimum unguenti bibisse. *Xenophon. in Symposio mulieres, præsertim sponfas, unguentis uti testatur, & Electra apud Sophoclem comam suam vocat *Arriana*, id est, squallidam, utpote unguentis non delibutam. *Vidor. lib. 33. cap. 7.**

Æfani Judæi probro ducunt oleum, & si quis vel invitus unctus fuerit, munditias corpus abstergit: quoniam squalorem decorum putant: dummodo veste semper sint candida. *Josephus lib. 2. c. 7. belli Jud.*

Hispanis nullæ fuerunt balnearum, aut unguentorum delicia, quæ virorum animos effeminatos reddunt: nullus ibi festus dies, nullus epularum apparatus: aqua calida lavari

post secundum bellum Punicum à Romanis dicitur. *Rodericus Santius part. 1. hist. Hispan. c. 4.*

EXCREMENTA, Purgamenta.

In Turcarum castris omnium ordinum tabernaculis tentoriola conjuncta sunt, quibus latrinæ insunt, eo instituta ordine, ut novæ sordes quotidie fiant, repletæque statim arena injectæ regantur. In macellis quoque pariter profundæ fossæ visuntur, in quibus lanii totius exenterati pecoris extra sedulo tumulant, ita fit, ut castra nullo odore tetro afflata, non ad salubritatem modo, sed ad jucunditatem, repurgatis omni in parte regionibus, non Barbarorum, sed eorum, qui militiæ disciplinam condidissent, castra censantur: prædammis hæc in re flavis Christianorum, in quibus præter ingratis natibus, atque oculis multarum rerum scditatem, pestilentias nasci morbos sapissimè videmus. *Sab. supplem. l. 2. c. 4. Jovio.*

TEMPERANTIA VOLUPTATUM.

CORPORUM IMPROPRIE DIGITARUM, ex objectis consideratis. Respectu ejus, cui accommodantur. Sic alia obiciuntur.

ACTIVE, QUATENUS

agendo videntur delectari, quoad sensum.

Vifus. Sic Moderatio duplex, partim

Speiando. Huc moderata oblectatio ex spectaculo rerum jucundarum oculos prius quam animos oblectantur, Non Speiando.

Ex loco, Castitatis conservatio, Alpeſum declinando, huc quedam, quatenus externa oculorum delectatio interna veluti leena existit.

SARA in Scythis virginibus præposita, cum ad fluminis ripam postea Monasterio annos 60. habitasset, haud sustinuit, ut aliquando aspiceret per fenestram vellet leniter præterlabentes aquas prave adpensis amœnitate, ne ex eo aspectu aliquid caperet voluptatis. *Marul. lib. 3. c. 10. & Sabell. lib. 2. c. 10.*

AMOS Ægyptius Monachus nunquam se nudum vidit: indecorum esse Monacho dicens, vel suum ipsum corpus conspiciere nudum. *Suidas, & Marulus lib. 4. cap. 7. & Sabell. lib. 5. cap. 6.*

Auditus, Sonorum jucundorum

Consule Tit. Musicæ studium illic certè Atti habetur ratio, hic Voluptatis, quæ artem comitatur.

Ex superiore loco Temperantiæ circa Vestitum quedam, quatenus frigus, & calore marcet.

LYCURGUS pro vestitum varietate instituit uno amictu, quoniam Lacones affluere, rarus & adversus frigora, & adversus calores melius hoc pacto muniri. *Xenophon. in Republica Lacon.*

Apud Diogenem Laertium obicit Philemon comicus Cræti, quod æstate gereret pallium crassum, hyeme lacera tunicam: videlicet quod disceret temperantiam, ac tolerantiam. *Erasm. in Adag.*

M. CATO domi tunica sine manicis per hyemem inducitur, *Plut. in ejus vita, & Lacon.*

MOTUM.

De Exercitiis alibi egimus, tanquam de Functionibus, ut de Secundariis bonis Corporis. Hic verò ratione Moderationis considerari possunt, atque debent. *Vedionis.*

Equo Dialem flammem vehi apud Romanos religio erat. *Gell. lib. 10. c. 5.*

Vecchoris Ægypti rex, ut ab omni luxuria, & mollitie alienum ostenderet, simplicissimo victu contentus, humi jacere, ac dormire solebat. *Herodotus.*

Perlarum ephedi decem annos, postquam è pueris excesserunt, circiter archivia cubant, cum reipub. custodienda, cum exercere temperantiam gratia. Nam hæc possimum atque requirere curam, studiumque singulari videtur. *Xenophon. lib. 1. Pædic.*

AGESILAUS, & Pharnabazus Phrygiæ præfectus ad collum

quitum venire. Prior in locum constitutum venit Agesilaus, ac sub umbra in altam herbam scabitiens, prætolatus est Pharnabazum. Qui postquam venit villosus, mollibusque pelibus, & verticoloribus sibi substratis tapetibus ita recumbentibus, & verticoloribus Agesilaum, etiam ipse, licet veste mira subtilitate, & tinctura esse amictus, neglectè decubuit. *Plut. in Agesilao.*

Juvenes Spartani unã quietem turmatim, & gregatim capiebant in thoris, quos ipsi construebant ex arundine. secus Eurotam nascens: cuius panniculum manibus citra ferrum confingebant. Per Brumam Lycophanas, quos vocant, subtermebant, thorisque miscebant, quod ea materia vim quandam obtinere excaustoriam putatur. *Plut. archus in Isthmiciis Laconicis.*

In oratione pro L. Murgæ, cum duritiam victus Spartatarum ostendere vellet Cicero, inquit: Qui quotidianis epulis in robore accumbunt. Significavit autem eos confuisse in le- culis accumbere ut mos, erat reliquorum Græcorum; sed in dura quapiam materia, ac ligno (*de *Ar. & Ebor.* inquit, *Athen. lib. 12. Dipn.**) Robur enim dicens, lignum intellexit. *V. Horius lib. 3. Var. lib. c. 15.*

HANNIBAL, cum sub Afrubale patre militaret, plerumque super nudum humum sagulo tectus somno capiebat. *Frontinus lib. 4. cap. 30.*

JUL. CÆSAR, compulsus aliquando in itinere per temperantem in hominis pauperis casam, ubi nihil extra unum cubiculum reperit, quod capere vix posset unum: dixit amicis, ampla loca principibus concedenda, necessaria debilissimis: atque Oppianus illic possit capere quietem, cum ceteris ipse in pro- lecto januæ cubavit.

Beatus Hilariem Hieronymus refert, super nuda humo, stratuque junco, usque ad mortem cubitasse. Sciebat enim, eos, qui exquisitioribus culticris per luxum utuntur, prophetæ verbis devoveri; dum ait: Væ vobis, qui dormitis in lectis eburnis, & lascivitis in stratis vestris. *Marulus lib. 1. cap. 1. c. 2. & Sabell. lib. 2. cap. 2.*

MARTINUS Turonensis Episcopus (sicuti de illo Eusebius ad Severum scribens testatus est) substrato humi cilicio cubans frangebatur somni mollitiam lectuli rigore. *Idem.*

Idem cum in Monasterio quodam vis Dicitur reverenter susceptus, hora quiescendi cellam ingrederetur cubiculo pau- cere, & in nudis tabulis (sive vestitus erat) sese collocavit: jamque delibutus leni sopore membris quiescebat, cum stramenta, quæ ejecebat, signi succensa jacenter excitavit. Illico exurgens, & accrepidans, cum cella exiit, per quem effugeret, fumo omnia involente, non invenisset: ad orationem se vertit. Mox flammæ vis illa omnis extinguit, fumusque consumptus illa- rum reliquerunt. *Idem.*

Posthumio quandiu in eremo moratus est, nudum, atque interdum sparsis ex indurata scrupulis asperatum solum, lectus fuit. Quid hoc est, nisi nolle unquam ita resolutio corpore ob- dormiscere, ut mens ad Deum non vigilet? *Marulus lib. 1. c. 11. & Sabell. lib. 2. cap. 2.*

GERMANUS Antiochodensis Episcopus, lectulum suum, cilicio, saccoque, & cinere stravit, ut non lectum sed lectum & doloris potius, quam quietis locum diceret. Insuper ipse quoque (ut in vita ejus scriptum legitur) sic facies, identidem suspirare ingemiscereque audiebatur, ita ut cum parumper jacuisset (ad nocturnas enim ceremonias celebrandas primus exurgebat) multo minus dormiscere putaretur, quam jaceret. *Idem.*

Beatus Hieronymus ad Eustochium virginem scribens, dum quibus in eremo corporis fatigationibus contra urba- narum voluptatum cogitationem contenderet, enarrat, & ipsa etiam cubandi cogitationem mentionem faciens: Si quando, inquit, repugnanti somnus imminens oppressisset, mada humo vix offensa colliebat. *Marulus lib. 1. c. 10. cap. 10.*

PAULA Romana, quæ summam generis nobilitatem super- ravit vite sanctitate, in gravissimis atrata febri (ut Hierony- mus inquit) mollia lectuli strata non habuit, sed super du- rissimum humum in stragulis cilicinis quiescebat: si tamen il- la quies dicenda est, quæ jugibus penè orationibus dies, nocte- que jungebat. *Idem.*

Idem Hieronymus Asella virginis sanctitatem efferens laudibus, ait: Unius cellule clausæ angustis latitudine Pa- radisi fruebat: idem terræ solum & orationis locus existit, & quietis. *Idem.*

Otilia virginis, quamvis Monasterii in quodam Bavarie L. B. Teat. vit. Human. Tcm. VII.

monte siti propolita esse, pro stragulo urfina pelis, pro pul- villo faxum erat. Solebat enim, ut in ceteris religioſa conver- sationis laboribus, ita & hac parte gravius onus sibi ipsi, quam aliis quibus præerat virginibus imponere. Super urfi autem pel- le cubans, magisque vigilie, quam somno indulgens, con- culcavit ursum illum, quem David typum generis Christi scri- batur interfecisse: & de quo per Hieremiam dicitur: Urſus infidians factus est mihi. Lapidem verò capiti supponens pla- cuit lapidi illi, qui factus est in caput anguli, qui fecit utra- que unum. *Idem.*

PASSIVE, QUATENUS

Patendo videntur delectari. Talis est Voluptas ex SOMNO, VIGILIA.

Somni velati alleſtamentum est Cubatio. Proinde ex præ- cedenti quiete pieraque huc transferri possunt.

Abbas Moses in eremo Scythiote de seipso narrare solebat, sæpe somnum à suis oculis pluribus diebus depulsum, adeo ut necesse habuerit precibus Domino supplicare, pro immitten- do, vel exigui temporis somno. *Cassianus c. 6. collatione 2.*

OSORIO eremite neque testum ullum, neque certus quies- tus locus fuit. Ibi somnus erat, ubi per desertum vaganti nox occurſisset. Sed & ipsa quoque nox pervigilio magis, quam dor- mitione peragebatur, ut illud servaret à Propheta dictum: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite. Do- minum. *Marulus l. 1. c. 10. & Sabell. lib. 2. c. 3.*

CULTU CORPORIS. IN GENERE.

De cultu corporis, qui ornatus causa adhibetur, suo loco egimus. Ex eo illa quæ ad Moderationem faciunt, huc transferri possunt. Eleganti

Asad quodam inani, id est, ex Academia venis. De fevero, & composito seu docto, Sumpsum à Platonis schola. *Arbe- nus verò lib. 12.* significat dictum in nitidos, & cultu insigni, quod his Plato delectaretur munditiis. *Erasmus in Adagii.*

Simplex, Vili.

Consule Tit. Militæ ad frugalitatem suo exemplum traducere.

AGIS Eudamida F. rex Spartanorum, omnem corporis su- cum detraxit, cultuque exiit. *Plut. in ejus vita.*

VIRIATUS Lufitanus, qui annos quatuordecim cum popu- lo Romano varia fortuna pugnavit, raris tibus gestis non ar- morum, non vestis cultum, non donique victum mutavit: sed ut scribit Florus, in eo habitu, quo primum bellum ceperat, perseveravit, ut quisvis gregarius miles ipſo imperatore opu- lentior videretur.

CULTU CORPUS ORNANTE.

In Coma alenda, curanda.

Ex Tit. Pilorum cultus, huc moderata omnia. NICANDER, sive Charillus quærenti, Quare comam, & barbam promittant Lacones? Quia omnium, inquit, speciosissimus est, & minima impendæ viro suo proprius orna- tus. *Plutarchus in Apoph.*

Excolebant Spartiæ comam, commemorantes dictum quoddam de ea Lycurgi, Formosiores ea speciosiores, de- formes effici horridiores. *Idem.*

AUGUSTUS CÆSAR omnis elegantioris cultus negligens, uno etiam tempore pluribus tonsoribus operam dabant. *Sueton. Vestium elegantia.*

Vini usus olim Rom. feminis ignotus fuit, ne scilicet in ali- quod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre in temperantiæ gradus ad inconestam venerem esse confuevit. Ceterum, ut non tristis earum, & horrida pudicitia, fed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & au- ro abundantia, & multa purpura utique sunt: & quo formam suam concinniorum efficerent, summa cum diligentia capillos cinere ruraliunt. Nulli enim tum subfessores alienorum matrimo- niorum oculi mœtuebantur: sed pariter & videre sanctè, & as- pici, mutuo pudore custodiebantur. *Valer. l. 2. c. 1.*

Auro, Gemmis.

ALEXANDER SEVERUS Imper. dona regia in templis posuit: gemmas sibi oblatas vendidit: muliebres effie existimans gem- mas